Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

nec ueniat cui repositum est & ipse erit exspecta
tio gentium; uere enim in aduentu dni saluato
ris duae uirgae & ut in haebraico positum est · duo
ligna in unum iuncta sunt sceptrum & in baptismate
xpi dudum separata sociantur; ut fiant in unum;
nouum hominem & in unam gentem neque pollu
antur ultra in idolis & abominationib; sed mun
di lauacro sint populus dei & imperet eis xps &
habitet super ramque uiuentium quam dederat
seruo suo iacob quipopulum israel in matris utero
supplantauit; si nauit uoluerimus iuxta prophe
tiam · osee · quae paene omnis addecem tribus di
citur · id est ad ioseph & ephraim & ossamariam ·
& israel intellegere falsinominis scientiam & diuer
sas turbas haereticorum hoc dicemus; quod in ulti
mo tempore quando sub intrauerit plenitudo
gentium & omnis israel saluus fuerit; tunc etiam aduer
sarii populi qui contra domum iudae & confessio
nem ecclesiae pugnauerint tradant se ecclesiasticae
fidei & uniuersis erroribus; de reliquis principib;
mundi istius qui destruuntur & patriarchis suis.
quieo sinblasphemiarum baratrum deduxerint; consur
gant & relinquant idola sua & abominationes suas